

# Chapter 21: Term Test 1

by

Sally Murphy

The Winsor School, Boston, MA

**Part One. Translate the starred sentences in the story.**

1. \_\_\_\_\_
2. \_\_\_\_\_
3. \_\_\_\_\_
4. \_\_\_\_\_

**Part Two. For the underlined words in the story give the following:**

- **Part of Speech** (noun, adjective, verb)
- **Dictionary Forms** for that word
  - for nouns: nom. s., gen. s., gender
  - for verbs: principal parts (all 4)
  - for adjectives: nominative singular, masc./fem./neuter
- **Form of the Underlined Word**
  - for nouns: case, number, gender
  - for verbs: tense, person, number
  - for adjectives: case, number, gender, AND the noun it modifies

1. parābat
2. fuit
3. vēnistī
4. caupōnis
5. possum
6. scelestī
7. aurum
8. lectō
9. obēsa
10. vīdit

**Part Three. Answer each of the questions in complete Latin sentences.**

1. What did Marcus do when Sextus asked about the soldier's story?  
\_\_\_\_\_
2. Why does Sextus want to go to Asia?  
\_\_\_\_\_
3. Why does Sextus believe that the innkeeper means to kill him?  
\_\_\_\_\_
4. What made the noise that scared Sextus?  
\_\_\_\_\_

## SEXTUS CAN'T SLEEP

\*Sextus tamen nōn obdormīvit, nam dē militis fabulā cōgitābat.\* Itaque diū vigilābat et dē Aulō mortuō cōgitābat. Tandem, "Marce!" inquit. "Tūne timuisti ubi illam fabulam audivisti?"

Sed Marcus nihil respondit. Iterum, "Marce!" inquit. "Tūne caupōnem spectābās?" Iterum silentium! Deinde Sextus, iam timidus, "Marce! Marce!" inquit. "Cūr tū obdormivisti? Cūr tū nōn vigilāvisti?"

Subitō sonitum in cubiculō audivit Sextus. "Ō mē miserum! Audivitne sonitum Aulus ille miser ubi caupō eum necāre parābat? Quālis sonitus fuit?"

Sonitum Sextus iterum audivit. "Ō Eucleidēs!" inquit. "Cūr ad cubiculum nōndum vēnistī? Ō pater! Cūr mē in Italiā reliquistī? Voluistīne ita mē ad mortem mittere.\* In Asiam ad tē ire volō. Ibi enim nullum est periculum, sed periculōsum est hīc in Italiā habitāre."

Multa sē rogābat Sextus, nam, quamquam puer temerārius esse solēbat, nunc mediā nocte in cubiculō tremēbat.

Itaque Sextus, per tōtam noctem vigilāre parātus, diū ibi sedēbat. "Quōmodo iam ē manibus caupōnis scelestī effugere possum? Suntne omnēs caupōnēs scelestī? Fortasse caupō mē, filium cīvis praeclārī, necāre in animō habet.\* Quamquam Aulus aurum habuit, ego tamen nihil habeō, neque aurum neque pecūniam."

Ita cōgitābat Sextus. Iterum sonitum audivit. Timēbat sed tandem surrēxit invītus, nam omnēs cubiculī partēs inspīcere volēbat. Mox tamen rīsit. Ecce! Sub lectō erat felēs, obēsa et sēmisomna. Prope fēlem Sextus mūrem mortuum vīdit. \*Mussāvit Sextus, "Nōn necesse est hoc corpus sub stercore cēlāre!"\*

7 sonitum, sound

10 ita, adv., thus, so, in this way

ad mortem, to my death

mors, mortis, gen. pl.,

mortium, f., death

13 sē rogābat, (he) asked himself, wondered

15 tōtus, -a, -um, all, the whole

18 aurum, -ī, n., gold

19 pecūnia, -ae, f., money

22 felēs, felis, gen. pl., fēlium, f., cat

mūs, mūrīs, m., mouse

4 respondeō, respondēre, respondi, respōnsūrus, to reply

10 relinquō, relinquere, reliquī, relictus, to leave

14 tremō, tremere, tremuī, to tremble

15 sedeō, sedēre, sēdī, sessūrus, to sit

16 effugiō, effugere, effūgī, to run away, escape

21 inspīciō, inspīcere, inspexī, inspectus, to examine

rīdeō, rīdēre, rīsī, rīsus, to laugh (at), smile

